

*Frictiones  
exerantij  
luro*

*Receptum pro  
roboratione  
no membro  
naturalium*

*Pro Liene*

album non inueniatur, accipiatur medij coloris, & quod non sit nigrum, sed transparent. Deinde frictiones fiat cum vino aromatico, & oleo de spica, quod non habeat fortem odorem: & si habeat, refragatur cum oleo amygd. dulc. & vino Maluatico, cū hoc calefacto illinat leniter corpus totū: confortabit enim membra, & reuocabit calorem naturalem, & supplebit exercitium. Si perseuerarent vigiliæ, acciperem anethi, chamæmeli flores & nymphææ, & folia salicum, si haberi possunt, & vesperi pedes & manus in eo decocto tenerē: corroborabit calorem natium, & prouocabit somnum, & erit etiam bonum ad humorē melancholicum. Accidentia animi quoq; moderabitur, sit lætus, & non seipsum affligat. Hæc vbi facta erunt circa medicinas, nō derelinquerem ea, quæ exterius applicantur: & video à vobis occursum esse oleo absinthij & mastiches, item sacculo absinthij appposito. Ego vnum adderem, in quo cōfido plurimum, & cuius vires sæpe expertus sum mirabiles, quando corpus erat imbecille & longa ægitudine. Accipio carnes dactylorū & passularum, & cidoniorum coctorum, & ea decoqui facio in vino maluatico, postmodo addo oleum de absinthio, & amygdalis dulcibus, cum mica panis affati, & ex omnibus bene contusis facio emplastrum in optima forma, idq; in sacculo panni linei subtilissimi, membris naturalibus applico calefactum, iuuat mirabiliter, & corroborat. Hæc si facta fuerint, & deinde vultis aliquid pro liene facere, poterimus vti oleo amygd. amararū, & oleo de caparibus, cum bdellio, ammoniaco, & puluere corticum radicum cappar. pro linimento. Per os syrupus de absinthio optimus, item de cichorio Nicolii, quia in ventriculo est frigiditas & copia humoris frigidi non imbibiti. Oportet igitur abstergentia, corroborantia, & aperientia exhibere, & confortantia hepār, qualia sunt absinthium & cichorium: si vultis addere decoctum ex capillis Veneris & Cetrach, nihil melius pro liene, & aliis obstructionibus, & ita satisfaceret omnibus intētionibus: hos syrupos si accipiet, bene faciet. Trochiscos laudo, inō semper trochiscos, & syrupos eum sumere velim ꝑ. j. vel trochisc. ex rhabarba. vel ex absinthio: si verò non vult vtrunq; accipere, accipiet alterum: si neutrum, saltem confectionem accipiat ex trochiscis contusis, & rhabarbaro. Si vult, bene est: si non vult, quid agendum sit non video.

Postea altero die iterum conuenerunt, & cum viderent egestiones multas adustas cum debilitate virium, atq; quid agendum esset, iterum consuluerūt, & sic cœpit Montanus loqui: Videmus dominari bilem, & est periculum, ne fiat fluxus hepaticus, qui fit ex frigiditate hepatis, & facit excrementa similia loturæ carnis, ob alterantis virtutis imbecillitatem, ex nimia frigiditate, quia per continuū fluxum exhalat calor, hepār exiccatur, & vltimò infrigidatur, & fit fluxus hepaticus, vt bene dicit Auicenna, quem postea curamus vuis passis, &c. Oportet igitur attendere hepāt, alterando illud & corroborando, ita vt non infrigidetur, per ea quæ intrinsecus dantur, & exterius applicantur. Darem syrupum de absinthio, & cichorio, vt heri dictum, cum trochiscis de rosif, quæ humidæ sunt, & moderatè frigidæ. Miscerem syrupo aquam endiuicæ, quæ frigida & humida. Extrinsicus illinirem oleo rosato, & violato cum modico mastiches, quia prorsus frigida non sunt adhibenda membris concoquentibus, etiamsi peccet caliditate, vel species de tribus sandalis cum vnguento Mesues. Si non vult syrupum, accipiat brodium pulli alteratum (quod, vt bene dicit Auicenna, contēperat humores) cum herbis illis, absinthio, cichorio, capillo Veneris & Cetrach. Interrogabat Trincauella, an iterum posset accipere myrobalanum chebulū conditum? Montanus & illos, & alia omnia astringentia improbauit, nec voluit sisti aut impediri illum fluxum materiæ cholericæ. Si vellet radices cichorei conditas, accipiat. Vinum ei quaratur tenue, pauciferum, & humectans substantificè, tale enim penetrat & iuuat ad apertionem obstructionum, & prouocat vrinam, quod maxime ad propositū. Nam optima cura in fluxu ventris est, prouocatio vrinæ. Si vellet fieri principium dysentericæ, possent inuisari intestina per os, & clysteria. Per os acciperet dragacanthum in omnibus ferculis, pro muniendo ventriculo, & intestinis gracilioribus, & magis placet, quàm seuum hirci, quia amabilius est. Cauere ab astrigentibus & exasperantibus, quia faciunt inæqualitatem humorum, & augent dolorem. Inuisantia autem obtundit humorum acrimoniam, quæ est causa doloris. Exhiberem etiam clysteria cum seuo hirci, pro muniendo intestinis gradioribus: deinde deriuarem materiā ad oppositū per prouocationem vrinæ cum omni ingenio, in syrupis & ferculis. Et omnino debetis attendere ad hoc, ne incidat in peius malum, quod accidere potest, cum sit debilis, & materia maligna. Si adesset dysenteria, tunc penitus abstinerem à vino, nec respicerem vētriculum, sed cauere magis principale, etiamsi orietur quædam cruditas, biberet aquam decoctā, vel brodiū pulli, quod esset melius.

### CONSILIVM CCXV.

*Due curationes Dysenteriorum. Mense Augusto 1545.*

**P**RIO laborabat fluxu ventris 30. diebus ferè, non tamè eiiciebat sanguinem, nec ad vlcus intestinorum, quod proprium est dysentericæ, ventum erat, nec febris laborabat, quæ veram dysenteriam semper comitatur, apparebat tantum in fæcibus pituita illa, vestiens & ambiens intestina, & abrasio incipiebat: ita vt metuenda esset grauior, ni prospiceretur.

Montanus hunc syrupum ei ordinavit, sumendum omni die.

R. Syrup. endiuicæ,  
Betonicæ ꝑ. j.  
Aquæ endiuicæ ꝑ. iij.

**G**In cuius tantum vna libra sit decocta.  
R. Sem. cidoniorum ꝑ. s.  
Maluæ,  
Althææ ana ꝑ. ij.

Cibus